vtinã inquit et tu iudex et om̄es q̄ aſſiſtunt
et audiũt me hũc meũ quē dicis errorē de
ceptõemqꝫ ſeq̄remini. At ille vbi hec audi
uit. et ip̄m et philemonē ignib9 tradi in cō
ſpectu pp̄li iubꝫ. Illi vero poſtq̄ꝫ ingreſſi ſūt
flāmas beatus appollonius cūctis audiēti
bus clamat ad dñm dicēs. Nō tradas dñe
beſtijs aīas ꝯfitentiū tibi. ſed oñde nobis
dñe euidēter ſalutare tuū. Igitur vbi hoc in
auditu pp̄li et iudicis ad dñm locutus eſt
appollonius. repente nubes repleta rore cir
cūdedit viros et flāmas accenſi ignis exti
xit. Sup quo obſtupefacti et iudex ⁊ pp̄ls
vna voce omnes clamare ceperūt. Magnꝰ
⁊ vnus eſt deus xp̄ianoꝝ ſolꝰ immortalis.
Sed hec cū fuiſſent p̄fecto alexandrie nū-
ciata ſemetipſo truculētior redditur. et electis
quibuſdā de officio crudeliſſimis et ſeuiſſi
mis non tam hoīb9 q̄ꝫ beſtijs mittit. q ⁊ ipꝫ
iudicē qui mirabilib9 diuinis crediderat
⁊ eos ꝑ quos virtus dei apparuerat victos
in alexandriā deducerēt. Igitur cū adduce-
rentur oēs pariter vincti. affuit grā dei in verbo.
⁊ cepit appolloniꝰ eos q ſe vinctos duce-
bant fidē dei docere. Quiqꝫ cū dñi miſeri
cordiā credidiſſent. ⁊ fidem dei tota cordis
firmitate recepiſſent ſemetipſos cū his q̄s
exhibere venerāt vinctos offerūt iudici. et
xp̄ianos ſe eſſe pariter ꝓfitentur. Quos cū p̄-
fectus in fide dei ꝑtinaces ⁊ immobiles ꝑ-
uidiſſet. vniuerſos pariter iubꝫ in ꝓfundum
maris dimergi. ignorās impiꝰ q̄d ageret.
Hoc enim ſanctis nō mors ſꝫ baptiſma fu
it. Sed horū corpa ſine dubio dei ꝓuiden
tia integra illibataqꝫ maris vnda reporta-
uit ad litus queqꝫ ab his q obſequij cauſa ſi
mul venerāt ſuſcepta ac reuocata ſub vno
ſepulcri domicilio collocata ſunt. a quibus
vſqꝫ ad p̄ſens tp̄s virtutes multe ⁊ ſigna mi
randa omnib9 ꝯſummantur. ſꝫ ⁊ vota omniū
atqꝫ orōes ſuſcipiuntur ab eis. ⁊ cū fructu pe
titōis implentur quo etiā nos dignatus eſt
dñs adducere. et vota nr̄a orōeſqꝫ ꝯplere.

De. S. Dyoſcoro.

Vidimus ⁊ aliū venerabilē patrē
apud Thebaydā Dyoſcorū noīe
p̄ſbiterū habentē in monaſterio ſuo centuꝫ
fere monachos. quem tp̄e eo q accedit ad
ſacramenta ſummā curā ſummāqꝫ ꝑſpexi
mus adhibere diligentiā. ne q̄s eorū q ac-
cedūt in aliquo deferret ꝯſcientie maculaꝫ
intantū ut etiā de his eos cōmoneret q ac-
cidere ꝑ ſomnia hoībus ſolent. vel ꝑ fanta
ſias mulierū apparentiū. vel etiā ꝑ naturalē
humoris abundantiā. Dicebat ergo ſi q̄dē
abſqꝫ mulierū fantaſijs tale aliquid eueni-
at non eſſe peccatū. Ingenitus enī humori
corpe vbi ꝓpria repleuerit receptacula. ſu-
is neceſſe eſt ut meatib9 degeratur. et ideo nō
trahatur ad peccatū. Ubi vero viſus mulierū
⁊ blādimēta carnis occurrūt. in h̄ iā deſidis
aīe ⁊ erga hmōi cogitatōes atqꝫ illecebras
occupate dari affirmabat indicia. Debere ḡ
monachos aiebat omni genere a cogitatōi
bus ſuis repellere hmōi ſimulachra. nec in
dulgere eos omnino in hec blādimēta di-
labi ſenſus ſuos. alioquin nihil intereſſe vi
debitur inter eos et illos q ſeculo viuūt. ſꝫ la-
borandū eſt monachis vt etiā naturalē hu-
morē ꝑ multā ieiuniorū abſtinentiā ⁊ fre-
quentes orōnes doment ac ſupent. fluxūqꝫ
eius labē orōis et ieiunij ꝯtinuatōe ꝯſtrin-
gant. Deniqꝫ aiebat. et qui delicijs viuūt
ſi forte corpis ſui egritudo depoſcat. ab oī
bus que noxia eſſe iudicauerit medicꝰ ab-
ſtinebunt. cur nō hec multo magis mona-
chus faciat. cui aīe et ſpūs ſanitas expeten
da eſt.

De Nitrie monaſterijs.

Venimus autē ⁊ ad Nitriā. famo
ſiſſimū in omnib9 egipti monaſte
rijs locū. q q̄draginta fere milibus
abeſt ab alexandria ex noīe vici adiacentis.
in quo nitrū colligitur. nitrie vocabulum tra
hens. ꝓſpiciente hoc credo iā tūc diuia ꝓ-
uidentia qꝫ in illis locis peccata hoīm tan
q̄ꝫ nitro ſordes abluēda eſſent ⁊ abolenda.
In hoc igitur loco quingenta fere aut nō mul-
to minus cernuntur vicina ſibi. ⁊ ſub vno
patre poſita monaſteria in quib9 aliqui plu
res ſimul. alij pauci nōnulli etiā ſingulares

babitant.et manſionib⁹ quidē diuiſi.anio
aūt ac fide et charitate valde ꝯiūcti ⁊ inſe-
parabiles manēt. Huic ergo cū appropin
quaremus loco vbi ꝑegrinos fratres aduē
tare ſenſerūt ſerui dei.ꝯtinuo velut examē
apū ſinguli quiq; ex ſuis cellulis ꝓruūt.at
q; in obuiā nobis leto curſu ⁊ feſtina ala-
critate ꝯtendūt.portātes ſecū ꝗꝑlmi ipo-
rū vrceos aque ⁊ panes. ſc̄m ꝙ ꝓpheta cor
ripiens q̄ſdam dicit.qꝛ nō exiſtis filijſ iſra
el in obuiā cum pane ⁊ aqua. Tūc deinde
ſuſceptos nos adducūt primo cū pſalmis
ad eccleſiā.lauāt pedes.ac ſinguli quiq; lin
teis quib⁹ vtebant̄ abſtergūt. quaſi vie la
borē leuantes.re aūt vera vite hūane erū-
nas miſticis traditōib⁹ abluentes. Quid
ḡ nunc de humilitate eorū: q̄d de officijs.
q̄d de charitate loq̄r.cū oñes geſtirēt nos
ad ſuū q̄ſq; introducere monaſteriū. ⁊ nō
ea ſolū que hoſpitalitati debent̄ expleri. ſꝫ
et inſuꝑ aut de humilitate qua ipi pollebāt
docere.aut de māſuetudine atq; alijs hu-
iuſmodi boniſ que apud illos velut ad hoc
ipm̄ de ſeculo ſeq̄ſtratos .diuerſa q̄dē gr̄a
vna tamē eadēq; doctrina diſcunt̄. Nul-
lq; ſic vidimus florere charitatez. Nulſq;
ſic vidimus opus feruere miſericordie:et
ſtudiū hoſpitalitatis impleri. Scriptura-
rū vo diuinarū meditatōes ⁊ intellectus
atq; ſcientie diuine.nuſq; tanta vidimus
exercitia.ut ſingulos pene eorum oratores
credas in diuina eſſe ſapientia.

De loco qui dicitur Cellia.

f

POſt hunc vo alius eſt locus i de
ſerto interiori.decē fere ab hoc mi-
libus diſtans .quē locū ꝓ multi-
tudine diſꝑſarū in heremo cellulaꝝ Cellia
nominauerūt.Ad hunc locū hi qui ibi pri⁹
fuerūt imbuti. ⁊ ſecretiorē iā depoſitis ru
dimentiſ ducere volūt vitā ſecedūt . Here
mus enim eſt vaſta .⁊ cellule tāto inter ſe
ſpacio diſcrepte diuidunt̄. ut neq; in ꝯſpe-
ctu ſibijnuicē.neq; in vocis auditu ſint po
ſite. Singuli ꝑ cellulas ꝯmanēt .ſilentiūz
ingens et q̄es magna inter eos eſt. Die tā
tum ſabbati ⁊ dñica in vnū ad eccleſiā cō-
ueniunt.⁊ ibi ſemetipos inuicē tanq; celo
redditos vident. Si q̄s forte in ꝯuētu il-
lo defuerit.intelligūt ſtatim eū corꝑis aliq̄
inequalitate detentū.⁊ ad viſitandū eū nō
omnes ſil̄.ſed diuerſitate tp̄is oēs adeunt
portantes vnuſquiſq; ſi quid apud ſe ē q̄ō
egro poſſit gratū videri . Aliā vo ob cauſā
nullus audet.ꝓximi ſui obturbare ſilentia.
niſi ſiquis forte q̄ ꝑt v̄b⁹ inſtruere: ⁊ velut
athletas in agone poſitos ſmonis collati-
one vngere. Multi ipoꝝum a trib⁹ ⁊ q̄ttu-
oꝛ milib⁹ paſſuū ad eccleſiam ꝯueniunt ita
lōgo a ſemetipis ſpacio habitatōis coꝝ cel
lule dirimunt̄.ſed charitas in eiſ tanta eſt
⁊ tanto inter ſemetipos ⁊ circa oñes frēs
ꝯſtringunt̄ affectu. ut in āmiratōe ⁊ in ex
emplo ſint omnib⁹. Unde ⁊ ſi q̄s forte vo-
luerit habitare cū eis vbi intellexerint v-
nuſquiſq; cellam ſuā offert.

De ſctō Ammonio abbate

G

VIdimus quendā apud eos vene-
rabilē p̄rem Ammoniū noīe.vi
rum in quē dñs omnē plenitudi-
nem ſpiritualiū ꝯtulerat gratiarū . Carita-
tis in eo gratiā ſi videres nihil tale vſq;
vidiſſe te crederes . Sed et ſi humilitatez
ꝯſiderares: lōgo eum in h̄ dono ꝑſtantiorē
ceteris fatereris. Et rurſus ſi patientiā: ſi
manſuetudinē. ſi benignitatē. in ſingul̄ eū
ita ꝑcellere iudicares: ut q̄d cui ꝑferri debe
at ignorātes. Donū vo ſapiētie ⁊ ſcientie
tantū ei ꝯtulerat dñs.ut nullū fere ex oñi-
bus patrib⁹ ita penetraſſe aulas totius ſciē
tie crederes.nec ita aliquē receptū eſſe in-
tra cubiculū ſapiētie dei.oēs q̄cunq; eū vi-
derant faterent̄. Huic erant duo fratres
Euſebius ⁊ Eutimius. Nam dyoſcorus
q̄ maioꝛ natu in eis fuerat ad epiſcopat⁹ of
ficiū raptus eſt. Hi ergo fratres erāt ei n̄
ſolū carne.ſed ⁊ vita atq; inſtitutōe.et to-
ta animi virtute germani.qui omnes ſiml̄
eos qui in illis lociſ habitabāt fratreſ tāq;
ſi nutrix foueat filios ſuos.ita vnūquenq;
inſtruētes ꝯſolabāt̄: ⁊ docētes ad lumina